

U.M.
RUM
E
ÉINZIA
UM

DIVITIARUM
EVANGELICARUM

Disquisitio XLVIII.

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Hallensis

Rectore

Respondente

J OHANN E DRUDE


Hemipolitano Sax.

Dominica XVII. post Trinitatis.

A. O. R. cl. I^c. II^l.

 HALLIS SAXONUM

*Prelo Hæredum Melchioris Oel-
schlegely*



441

**ANALYSIS
EVANGELII
DOMINICA XVII. POST TRI-
NITATIS.**

Luc. 1.4. à vers. 1. usq ad 12.

Περοίμιον.

Egitur de Absolonē quod convivium paraverit, ut se se vindicaret in fratre Ammone 2. Sam. 13, 28. Et Antiochus & Ptolomeus consanguinei in una mensa colloquuntur insidiantes fibi invicem Dan. 11, 27. Sic parat convivium rex Phariseus & conviva insidiatur Christo, quemadmodum id uberius declaratur in Evangelio.

THESSIS I.

In qua habetur primum ante accusatum informatio ubi iureum miraculosa hy-

Mm dro

442

dropici sanatio , cuius proponitur occa-
sio.v.i.In quo circumstantia,& est tum lo-
cus in genere : Accidit ut introiret in de-
mum. Sanaverat quippe, uti habetur capite
præcedente in synagoga publicè mulierem 18.
annos à quodam infirmitatis spiritu incurva-
tam. Et cùm malè haberet hoc synagogæ prin-
cipes, nec auderent tamen ipsum reprehende-
re, in privatū convivium ipsum vocant. Inde
ita accidit ut ingressus fuerit. Neq; enim negle-
xit ullam occasionem ut iuvandi, ita infor-
mandi. Cura sanè ei erat animarum utilitas,
& propterea ingressus est, inquit Theophy-
lactus in hunc locum, 14.c.

2. In specie : cajusdam principis Pha-
risæorum. Non enim omnes principes erant,
cùm Joh. 7,32. primores & Pharisei expressè
distinguuntur. Talis ergo ipsum invitavit, vel
Sanhedrim assessor, vel synagogæ princeps. Et
verisimile est fuisse illum & Archisynagogum,
quem paulò ante Christus dixerat hypocritam
cap. præcedente. Et quamvis sciverit Phari-
seorum morositatem & malitiam, erant enim
progenies viperarum Matth. 3, 7. generatio
prava Matth. 22,39. tamen accedit ad con-
vivium eorum, ut doceat licitum esse conve-
sarium malis, ut à malitia abducantur, quod
habet

habet Hieronymus. in cap. 9. Matt. Ad peccatorum convivia Christus ibat, ut occasionem docendi haberet. ut eorum invitationes cum spiritualibus epulis compensaret. Neque alia inhibe referuntur, nisi quae Christus ipse dixerit aut fecerit, quave potentia illius doctrina fecerit, uti fecit Matth. 9, 10. cum Simone leproso Luc. 7, 36. cum Zachaeo Luc. 18, 5. Ita tamen, ut, licet cum illis versemur, inquit Christus. hom. 40. in Gen. nos traham tamen custodiamus virtutem: sic costrahentes ad nostram religionem & propter bonorum operum administrationem, doctrina ejus autores simus. Quod si vero sine contumaces, discedamus eosque vietem Tit. 3, 10. Prohibet quidem Apostolus conversari cum malis. ad Thessal. 3, 14. sed loquitur de blasphemis, de seductoribus, uti in I. ad Corinth. 5, 12. de extreme malitiosis & excommunicatis.

3. Tum tempus: Sabbatho. Quo etiam licere instituere convivia exinde colligitur: at post sacra absoluta. Alius enim est potius prophanatio quam sabbathi sanctificatio. Et quia non dignatus est dominus, ut ait Augustinus serm. 41. de tempore. conversationem hominum, neque ipsi debemus despicere. Benedictione sicutidem divina Zach. 3, 10. si vocarit vir

M m 2 ami-

444

vir amicum subter vineam & ficum: ita etiam
legitur factum N. heim, 8, 10. Tob. 1, 2.

4. Causa tūm finalis: ad edendum pa-
nem. Per synecdochen Hebreām intelligitur
totum convivium. Exod. 18, 22. Marc. 3, 10.
convivia autem licita dum in bona die fruen-
dum bonis Ecclesiast. 7, 15. E. non beluandum
& vorandum. Nam, quod habet Clemens
Alexandrinus lib. 2. pædag. c. 1. alimento sim-
plici, non nimio studio comparat nimisve
curioso usi sunt, etiam in primitiva Ecclesia
Christiani. Etsi enim, addit ille, maximè pro-
pter homines facta sunt omnia, nō tamen omni-
bus uti bonum est, sed neq; semper. Alias in-
quit, idem mihi homo videtur, qui est ejusmo-
di lurco & gulo, nihil esse aliud quām bucca
& maxilla. Et, Ardens inquit, dominus su-
stentatur pane & in sabbatho, & apud princeps
ut nos modico contentos esse debere, & in
festis, & in principum mensis etiam nobis mon-
straret. Erubescant igitur omnes gulosi, die præ-
sertim Dominico lenocinia & delicias queren-
tes, & propterea haras & sylvas venando fati-
gantes.

5. Specialis: & ipsi observabant eum.
Propterea enim instituerant convivium, an-
ex dictis & factis occasionem aliquam obtre-
ctandi

stanti captare possent. Callidè reprehensioni ejus intendebat, habet Ericus in hom. de hoc Evang. Fuit ita convivium Thyesteum dum sub specie amoris & favoris insidias struunt: & cum submiserint vocem, sepiem abominationes in corde ipsorum repertæ Proverb. 26, 25.

6. Et hydropici præsentatio. 2. In quo subjectum: Et ecce homo quidam hydropticus erat. Qui procul dubio erat adductus ab ipsis Pharisæis ut Christo ansam præberent, S'arguerent vel impietatis, vel impossibilitatis. Neg^o enim fortuitò occurrere potuit, neg^o in privatam domum ad mensam usque percurvare. Quamvis alij arbitrentur ipsum bono animo accessisse & Christi auxilium etiam tacitum expectasse. Tacuit verò quia propria conscientia erat convicta in temperantia sibi morbum attraxisse: licet ceteri afflicti & agroti vel clamarint, ut Cananæa Matth. 15, 23. decem leprosi Luc. 37, 15. cœcus ante Iericho Luc. 18, 28. vel oraverint ut Regulus Ioh. 4, 47. leprosus Matth. 8, 2. vel lachrymarint, ut vidua Nainitica Luc. 7, 13. vel aliorum intercessione implorarint, ut servus per centurionem Matth. 8, 6. Iairus pro filia Matth. 9, 18. discipuli pro Cananæa Matth. 15, 23. Vel silentio ge-

446

mitu& gestu ut David. Psal. 56, 1. Iob Iobi 39, 37. quia bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Thren. 3, 26. & ita etiam hydropicus, quod habet Cytillus, prætimore Pharisaeorum.

7. Est autem hydrops potissimum ab intemperantia sive in cibo. sive in potu. Unde oritur cruditas cbyli & vesicae obstruētio, seu ut Beda loquitur ex Aug. lib. 2. quæst. Evang. cap. 29. est humor de vicio vesicae cum inflatione turgente & anhelitu fœrido: proprium q̄ est hydropici quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitire. Eiusq; species recensentur tres: 1. tympanites flatibus corpus complens. 2. Ascites pedibus & ventri humor rem inferens. 3. Anasarea omnia corporis membra sufflans, uti habet Hippoc. l. 7. sect. 71. & lib. 4. Aphor. 11.

8. Rectè autem comparatur ei, quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat. Est q; omnis, qui per dissolutā vitam & lubricam animā suā graviter agrotat, habet Theophil. in c. 14. Lucæ. Siquidem & concupiscentia minui potest, consumi autem in hac vita non potest, habet Augustin. lib. 6. contra Pelag. Secundo voluptas semper famem sui habet. & transacta non sanat, ait Hiero-

Hieronym, epist. Damas. Tertio sicut impossibile est ut ignis inflammetur in aqua, ita etiam impossibile est compunctionem cordis vigeret in deliciis, ait Chrysost. lib. 2. de compunct. cordis. Et deniq; quemadmodum, uti docuit Chrysost. hom. 6. ad pop. Anti. hydro-pici cum larga fruuntur mensa & frigida potionē & delicatis ferculis & saporibus, tunc præcipue omnium sunt miserrimi deliciis morbum augentes: si vero siti & fame, secundū medicorum leges, cruciantur aliquam salutis spem habent; sic in vitiis mentes si puniantur, à Deo bonam spem habent. Secus perit mundus & cupiditas ejus 1. Joh. 2. 1. Discamus itaq; peccata cavere & cœperantia studere secundū monitum Christi: videte ne crapula corda vestra graventur Luc. 21, 4.

9. Prædicatum: erat ante illum. Cogitans semper quando ab ipso videatur, ut sanaretur: Quo discamus si Christo indigeamus & sanari velimus, ut simus ante Christum.

10. Et miraculi ratio, ubi de jure sationis in sabbatho interrogatio. v. 3. In quo causa efficiens in genere: Et respondens Jesus. Vel cogitationibus Phariseorum perversis: Dominus enim novit cogitationes eorum Luc. 6, 8. secundū Bedam; vel tantis hydro-pici

Mm 4. suspi-

448

suspiriis & gemitibus, quos Deus nō spernit Ps.
§ 4. quia Dominus respondet antequam clamant
homines, Esa. 65, 24.

11. In specie, ratione objecti: dixit ad
legisperitos & Phariseos. Ipsi enim observa-
bant ipsum & convivatores erant. Ut quidem
responsio resplicerit & hydropici morbum, &
potissimum tamē Phariseos secundūm textum.

12. Forma per interrogationem: di-
cens: num licet sabbatho sanare? Aliás quin-
quies pro negativa pugnarunt Pharisei, uti vi-
dere est Matth. 11, 2. de spicis, ibidem v. 10. de
manu arida Joh. 5, 10. de 38. annorum para-
lytico Joh. 9, 18. de cæco nato & in sanatione
incurvata mulieris Luc. 13, 15. Non autem
querit ut ipse discat, sed ut hostiles eorum insi-
dias detegat & ostendat, quæ sit sabbathi san-
ctificandi ratio, ut quidem observetur; sed ne
negligantur opera necessitatis: ut colligere in
fame spicas Matth. 12, 1. solvere bovē & aqua-
tum ducere Luc. 13, 15. asinum ē puto libera-
re Luc. 14, 5. Neg. opera charitatis, ut homini
benefacere Matt. 12, 22. animam salvare Marc.
3, 4. Neg. pietatis, quæ Dei gloria servient, ex-
emplo infirmi ejus ad piscinam Joh. 5, 9. ut cir-
cumcisio Joh. 7, 22. mactatio hostiarum Matt.
12, 5. largitio eleemosynarum 1. Corinth. 16, 1.

Nam,

Nam, quod habet Augustin. lib. cont. Adi-
mant. sabbathi observationem non intelligunt,
dum putant ab iis etiam operibus, quaæ ad salu-
tem hominum valent, debere cessari.

13. Interim sanctificandum est. Et consistit sanctificatio non in corporum hilaritate, neq^z vestium varietate & splendore, uti habet Nazianz. adversus Julian. orat. 48. Neq^z in commissariis, quarum fructum lasciviam esse scimus, neq^z florum in viis dispersionibus, quæ genium esse novimus: sed in animæ potius puritate & mentis alacritate, piisq^z meditacionibus: si pro tympanis sacris hymnis, pro impiis cantationibus saltacionibusq^z psalmodiis utimur ex Acto 2, 42. ad Coloss. 3, 16. Et non oportet, scribit Chrysost. Hom. 5. in Matth. omnino à cœtu Ecclesiae recedentes contrariis buic studio negotiis implicari, sed dominum continuo revertentes, sacros replicare libros & conjugem pariter liberosq^z ad eorum, qua dicta sunt collationem vocare, hisq^z altius animo ac penitus insertis, tum demum ad ea, quæ buic vita sunt necessaria curanda procedere. Quin tum solum, habet Chrysost. homil. 40. in Matth. veram solennitatem peragimus, cum spiritualibus vita continua cultum augemus, cum ab alienis manum abstinemus, cum in la-

Mm s *boribus*

450

boribus superfluis atq; inanibus acquiescimus,
quos propter hanc vitam sustinemus, & legem
sabbathi conservamus. Nam licet fuerit vete-
ri testamento sabbathum constitutum, quoad
ceremoniale, morale tamen manet perpetuum.
Unde Apostoli diem Dominicum destina-
runt Acto. 20, 7. 1. Corinth. 16, 2. Apoc. 1,
20. uti & Ignatius dixit: Dominicum cele-
bramus diem, diem resurrectionis Dominice,
diem reginam & principem omnium dierum,
Epist. 3. Ut delitescat advocatio, praconis
horrida vox filescat, & sit dies à cognitionibus
alienus, monet Leo l. II. c. de feriis.

14. Et hydroptic curatio. v. 4. In quo
de Pharisæis antecedens affectus: At illi ta-
uerunt. Erat enim quæstio cornuta, utrinq;
eos feriens. Si namq; sanandum esse negassent,
immisericordes habiti fuissent; si affirmassent,
sabbathi profanationem probassent. Constricti
igitur, & quod Beda dicit, meritò tacent, qui
contra se dictum, quicquid dixerint, esse vi-
dent. Si enim licet sabbatho curare, quare Ser-
vatorem an curet observant? si non licet, quare
ipsi sabbatho, quod sequitur, curant?

15. Et consequens, de Christo conti-
nens modum agendi, & formam miraculi-
tum in attentione: Ipse verò apprehensum
san-

sanavit eum. Cum ergo taceant, consentire videntur. Ideoq; apprehendit ipsum omnipotenti sua virtute & potestate & sanavit. Est igitur consideranda Domini potestas: non enim humana ejus actio, uti habet Damasc. lib. 3. cap. 19. orthodoxæ fidei. est expers divine ejus operationis, nec divina humana, sed sicut ignita machera dicimus unam incisam ustitutionem & tamen alia est inciso, qua propria est gladij, & alia uulnus, qua propria est ignis. Quippe Deitas & humanitas ita connexæ sunt, ait Leo epist. 83. c. 7. ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Non igitur consideravit Dominus quomodo non offenderec ipsos, sed quomodo sanaret eum, qui cura sua indigebat. Oportet enim habet Theoph. nos ubi magna prospectat utilitas nō curare insipientes, qui scandalizantur. Nec est benedictus dies, in quo nihil boni fieri solet.

16. Tum in dimissione: ac eum dimisit. Nec enim hydropicum vel ostentacionis causa secum detinere, vel ad servitutem sibi reservare voluit, sed ad suos sanum ac latum dimisit, ut ostenderet gratis omnia se facere.

17. Et de sabbatho observando disputatione, in qua est Christi argumentatio. v. 5.

452

In quo persona: & respondens ad illos, dixit. Rationem enim sui facti reddens, subsumit, qua calumnia Pharisaeorum de facto Christi eo quod sabbatum violasset, tacita refutatio- ne occurrit. Ut discamus errantes informare.

18. Tum materia à comparatis impa- ratis imparibus, à minus probabili, in quo proponit subjectum: Cujus vestrū asinus aut bos? Per communicationem Rhetori- cām, dum secundūm conditionem legis opera- tur, legem confirmavit, non dissolvit iubentem nullum opus fieri, nisi quod fieret omni anima, quanto potius humanae. ait Tertull. lib. 3. con- tra Marcion. cap. 30. Et cum bovina & asini- na esset Pharisaeorum circa sabbatum igno- rantia de bobus & asinis dicere voluit exem- plo competenti, ait glossa ordinari. Videlurq; res p̄exisse ad Deut. 5, 14 ubi bovi & asino quies quoq; tribuitur: neq; enim contradixerunt Pha- risaei licet ter sit usus Matth. 12, 11. Luc. 13, 15. hic & hac similitudine.

19. Et casum, quoad antecedens: si in puteum cadet. Quod facile fieri potest unde etiam leges de eo casu Exod. 21, 33.

20. Et quoad consequens: & nō continuo extrahat illum die sabbati. Siquidem misere- tur justus iumenti sui Prov. 12, 10. Unde la-

psum

psum asinum erigere debuerunt, & bovem er-
 rantem in viam rectam deducere Exod. 23, 4.
 Et si pecora tibi sunt, attende illis Sirac. cap. 7.
 24. Sunt autem & ipsa bruta creaturae Dei,
 ait Chrysost. hom. 28. in Genes. & beneficio-
 rum Dei animalia etiam partem habent, dum
 iis Deus providet, Psalm. 36, 7. dum iis escam
 preparat Job. 39, 3. Ideoq; ita concludit : sili-
 citum est bovem aut asinum de vita pericli-
 tantem conservare die sabbati, multò magis li-
 citum est hominem sanare : quia uti illud mi-
 nus, ita hoc magis, à minori ad minus conclu-
 dendum. Est enim homo præstantior (Matt. 12,
 12.) animantibus: namq; Deus omnia propter
 hominem fecit, habet Chrys. Hom. 16. ope-
 ris imperf. hominem autem propter seipsum.
 Ideoq; idem monet Orat. 5. advers. Judæos.
 tu, cum videris aliquem curatione vel corpo-
 ris vel animi egente, ne dixeris apud te ipsum:
 quare illū aut illum non curaverunt? Sed fe-
 stinas ante alios. Itidem & de fratribus colla-
 psis cogita, putatoq; te thesaurum reperiisse oc-
 casionem illis medendi. Beatus enim qui intel-
 ligit super egenum & pauperem. Additur ve-
 rò in sabbato. Ut ostenderet se esse dominum
 sabbati, quia male celebrat sabbatum, qui ab
 operibus bonis vacat habet Prosp. in sent. 114

21. Et

21. Et Pharisæorum tacitâ approbatio. v. 6. In quo subiectum negativè, quoad effectum: & non poterant ad hæc responderem. Nihil enim habebant quod ex adverso exciperet, ideoq; comprobat. Observatores ergo hos Pharisæos convincit, habet Beda, ut eosdem etiam avaritiæ condemnaret. Si vos, inquit, in sabbato bovem, aut asinum, aut aliud quodlibet animal in puteum decidens eripere festinatis, non animali, sed vestræ avaritiæ consulentis: quanto magis ego hominem, qui multo melior est pecore liberare debeo. Ecce enim qualis perversitas, inquit Bernhardus lib. 4. ad Eugen. cadit asina & est qui sublevet eam, perit anima & non est qui reputet. Idq; quod aurum plus amant homines quam hominum, animas, Matth. 8, 22.

22. Post accubitum de non eligendo in convivio primo loco, seu de demissione nostri tractatio, cuius describitur occasio, quæ est Pharisæorum elatio. v. 7. In quo causa impellens, quæ præmittitur in genere ea ultra dicebat autem. Cum enim esset in convivio, & miraculum edidisset, statim ubi dominum Pharisæi ingressus priusquam ad mensam discubuisse, Pharisæi q; nihil respondere potuerint, ipse ad aliam materiam doverunt.

23. Et

23. Et objectum: ad invitatos. Arre-
pra occasione postquam sanaverat hydropicum
et docuerat Phariseos, quod bonum sit in sub-
bato benefacere, non tacuit, sed dixit presen-
tibus.

24. In specie, quoad modum: tūm pa-
rabolam. Ex vulgari etiam vita sumtam, ubi
pro doctrina sive morali sumitur.

25. Tūm intendens. Secum observans
ut qui antea ipsum Dominum observaverant,
ideoq; viciissim illos observat. Eoq; docet non
omnem observationem in vitio esse, præsertim
si honestæ disciplina sit adjumentum: ut Iosephi
exemplū satis comprobat Genet.37,11. sed per
parabolam facit, quia facilius penitentia verba
mollia quam aspera, et plus proficit amica cor-
rectio, quam turbulenta accusatio, illa pudo-
rem incutit, hac indignationem moveret, inquit
Ambros. Luc. 17.

26. Exponitur quoad ambitionem:
quomodo primos accubitus eligerent.
Nam alias amabant eos Matt.23,6. Marc.12,
38. Et licet alibi severius damnaverit Luc.12,
17. hic tamen ita ut curarit tumorem ventris
in hydropico, et modo pellat tumorem mensis
in Phariseis: quia medicus hic sanare debebat
totum hominem Joh.7,23. Ut itaq; perstringe-
rec

ret fastum parabola intendit, quo modo Deus pater istos invitarit ad nuptias agni, sed affectabat primum locum. Ut ita videoas cœnas Christi quales sint, inquit Theophil. nempe in utilitatem animæ, & non satietatem ventris vertuntur. Videns autem eos de primo accubitu tumultuari: sanat & hanc affectionem, quæ non parva, sed magna, & vix effugibili causa incipit, inani inquam gloria. Sunt quidam gradus inter homines in civilitate, & debetur honor, cui debetur Rom. 13,7. sed nemo debet superbire & affectare, sed alterum honore prævenire Rom. 12,10.

27. Quoad orationem: dicens ad illos. Quod repetitur, ne quis arguat ipsum non debuisse, & indignum fuisse magnificentia Dei. Imò maximè, siquidem medicus, qui pollicetur sanare podagrum, etiam non dedignatur sanare mentis dolorem. Oportebat igitur humilitatis doctorem, & principem & consummatorem omnes ramos inantis gloriæ amputare. Ethoc quoq; expende, si non fuisset tempus mensæ, de hoc non differuisse Dominus, relitto de aliis rebus sermone, esset forte reprehensionis locus: nunc verò quia hora cœna & ambitionis morbus miserosturbans ante oculos Salvatoris versabatur, tempus erat admonitionis, habet Theoph. in Luc.

28. Si-

28. Signidem melior est manifesta increpatio quam amor absconditus; melior vulnera diligentis, quam dulcia oscula odio habentis, PROV. 27, 5. Et melior est misericors increpatio quam adulatio. Olem contra peccatoris blandimentum est adulatoris, ait August. lib. contra Fulg. Donatist. Interim attendenda est temporis oportunitas ECCL. 3, 1. Ideoque raro et in magna necessitate, quod ait August. lib. 2. de serm. Domini in monte, objurgationes adhibenda sunt: Et homo sapiens tacebit, quoad oporenum fuerit, Sirac. 20, 7. Etiam persona observanda: est enim vir improbus qui procaciter vultum suum obfirmat, PROV. 21, 29. Denique mens corripiens etiam attendenda, ut corripiat in misericordia Psalmus 41, 5. Quicquid lacerato animo dixeris, pungentiss est impetus non charitas corrigentis, habet AUGUSTIN. cap. 6. Epist. ad Gal. Neque debet virtus aliena corrigerre, monet ISidorus lib. 3. c. 32. sentent. qui adhuc vitiorum contagionibus servit. Improbrum est enim arguere quenquam in alio, quod adhuc deprehendit in semetipso.

29. Et forma ubi quid fugiendum dehortatio. v. 8. In quo antecedens: cum invitatus fueris ab aliquo ad nuptias. Sive ad aliud quoppiam solenne convivium per synec-

Nn dochter

458

dochen speciei, uti fieri solet; & tum temperis etiam factum est. Beda vero mystice de spiritu natalibus nuptiis & convivis exponit.

30. Consequens partim per admonitionem à loco: Ne accumbas in primo loco. Descendit quippe Christus de cælo, non quidem hanc præcipue ob causam, ut doceret civilem honestatem, ipsi etiam humana rationi cognitam. Maxime vero omnium ut doceret veram & cœlestem justitiam humana rationi absconditam: interim tamen interdum etiam talia proponit, ut significet non disperdere civilitatem Deo: siquidem omnia fieri debene inter Christianos ordine & decenteri. Col. 14.

40. Atq; hoc civilitatis est. Non mediocrem, non etiam penultimum, non ipsum saltum inter novissimos eligere locum nos voluit, habet Bernh. serm. 37. super cant. sed recumbe in novissimo loco, ut solus videlicet omnium novissimus sedeas, teq; nemini non dico, præponas, sed nec comparare præsumas.

31. Intelligitur vero hoc loco non fidita, sed vera humilitas: qui enim loco se humiliat, & se corde effert culpandus in primis, monet Chrysost. hom. 73. in Matth. Observent clerici hec, et si minima esse videantur. Magno- rum tamen sunt causa multorum. Nam & ci- vita-

vitates & Ecclesiæ sèpè numero evertunt: preterea nec à lachrymis abstinere possum, cum primos istos confessus & salutationes audiam, ac in mentem veniat, quot quantaq; hinc mala in Ecclesia Dei orta sunt. Andiens, habet idem Hom. 43. in cap. 23. Matth. oper. imperf. laudabile esse in ultimo loco discubere, discubit post omnes, & non solum tunc cordis jactantiam non dimittit, sed adhuc aliam, jactantiam humilitatis acquirit: ni qui vule videri justus, etiam humiliis videatur ab aliis,

32. Et ratio à possibili: ne fortè honoratione sit invitatus ab illo. Quamobrem, inquit Bernhard. serm. 37. super cantic. noli te comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli uni! Quid scis enim ô homo, si unus ille, quem fortè omnium vilissimum atq; miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam & singulariter fœdissimam horres, & propter ea illum putas pfernendum: non modo prædicto force jam sobrie, & justè & piè vivere te confidis, sed etiam præceteris omnibus sceleratissimis, tanquam omniū sceleratissimū: Quid scis, inquit, si forte melior & te & illis mutatione dextera excelsi, in se quidem futurus sis, in Deo vero jam sit.

Nn 2

33. Et

33. Et adhibita prosopopœia à consequenti de loco deturbatio. v. 9, in quo factum: & veniens is, quite & alium vocavit. Nempe qui convivium aut nuptias instituit, penes quem est pro ratione circumstantiarum, hunc vel illum præferre, simulq; pro lubitu, modo non fiat cum dedecore, invitatos disponere.

34. Et dictum, quod continet tūm mandatum: da huic locum. Dum disponis tanquam rex convivij. Hostes enim passivus non debet esse licitus, sed activus.

35. Et eventum indecorum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Ergo ne diu querere incipias, monet Beda, quod tibi servatur in fine. Satius enim est exaltari quam degradari, & quidem in publico conventu: affectante enim pleriq; non ultimum, sed primum locum.

36. Et quid faciendum adhortatio, cuius ratio. v. 10. In quo iterum antecedens: quin potius cum vocatus fueris. Siquidem non tantum docet quid fugiendum, verum etiam quid faciendum.

37. Et consequens, ibi mandatum: accumbe in novissimo loco. Non ergo jubet quo non accedamus convivium dum & ipse accessit; neq; quo non accumbamus, sed ut novissi-

461

vissimum locum occupemus. Atq[ue] ita est cancellata connexio exaltationis & humilationis, ait Bernhardus in serm, de verbo Domini: omnis qui se extollit.

38. Et argumentum per prosopopœiam quoad effectum: ut cùm venerit, qui te incitavit. Sive hostes, sive parentes familias ipse, seu cuius officium disponere.

39. Quoad dictum per mandatum :
dicat tibi, amice, ascende superius. Quia ho-
noratiora loca honoratioribus sunt tribuenda
Rom. 13, 7. dum senes honorandi Levit. 19, 32.
qui scientia preditus sine inani gloria Phi-
lipp. 2, 3.

39. Et eventum ab honoratione: tunc
erit tibi gloria coram simul discubenti-
bus. Non enim acceditur ad altitudinem nisi
per humilitatem, habet Prosper. in sent. 88.

41. Et comprobatio à contrariorum
subjectorum contrariis accidentibus. v. ii.
In quo partito de superbis, quorum præpo-
nit factum: Nam omnis qui se extollit. *Hoc*
est majora sibi, quam decet, tribuit vel ob dotes
sueas, vel ob alia.

42. Eventum : humiliabitur. Non
quidem hoc pertinet ad effectum, qui nullus
est, sed ad effectum, qui stultus est. Quantos

Nⁿ 3 enire

462

enim vel videmus humiliatos, inquit Bernhard. sed non humiles. Ut vel propterea & arrogancia & ambitio sit fugienda. Videatur Pharaon Exod. 2, 2. Nebucadnezar Dan. 5, 20. Herodes Actor. 12, 22.

43. Partim de humilibus, quoad subiectum sive factū: qui se humiliat. Id est qui infirmitatem & indignitatem suam agnoscit.

44. Et eventum: extolleatur. Quid dubitamus igitur, inquit Augustin. Kedemtorē nostro officium humiliatis offerre? Humiliatio certè & extollit veritas. Significat vero non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum, quae de voluntate venit, non ex cristiā, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium omnis qui extollitur humiliandus erit: sed tantum qui se exaltat humiliabitur: nimis rur ob voluntariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui sponte se humiliat, exalbitur: utiq_z ob meritum voluntatis, habet Bernhardus super Canticum serm. 34. Propterea, ut idem sermone lecundo de ascensiō Domini. ait, dilectissimi perseverate in disciplina, ut per humiliatem ad sublimitatem ascendatis, quia hac est via, & non est alia præter eam. Qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit: quia sola est humilitas, qua exaltatur sola

sola qua ducit ad vitā. Inde humilitatis plan-
tam diligamus, cuius fructus cælum. Fugiamus
animos ruinae expositos. Credamus dicenti qui
se exaltabit humiliabitur, Basili. orat. 28.

N O T ē.

I. **M** Anducare panem.) Considera
benignitatem Christi non refugien-
tis consortium improborum; ut discas non
esse semper malorum conventum fugien-
dum, sed laborandum ut fiant meliores.

II. **A** Pprehendit hydropticum) Con-
sidera Christi charitatē in sanan-
do ægroto; ut discas eandem curam incu-
rando tumore mentis esse necessariam.

III. **Q**Ui se exaltat humiliabitur.)
Considera illū verè humile, qui
se humiliat; ut discas probare humilitatē
tuam, si magnus esse volueris apud Deum.

C A S U S.

An die sabbathii etiam profana tractanda?

Non videtur: 1. Quia scriptura prohibet,
Exod. 31,5. & 35 v. 5. Jer. 17,21. Lev 23,3.
2. Iura volunt ut omnes judicet urbanag̃ plen-
bes. & cunctarum officia quiescant l. 3. C. de
ficiis. Nec voluptatibus aut ullis exactiōnum.
vexationibus eum occupabunt l. fin. C. ibidē.

Nov.

464

Nov. Leonis c. 4. Agricol. symb. I. 2. c. 14. 15.

Contra: 1. Christus his sanat Luc. 14, 4. quia est ceremoniale, nō opus facere Deut. 5, 15. Propter ea non repetitur in N.T. Tandem & Christus non observavit. Inde sanavit, & ad piscinam Joh. 5, 8. aridam manum Matth. 12, 13. & Apostoli ipso sabbati iter fecerunt, Act. 18, 3. quod aquæ erat prohibitum Ex. 16, 29. Hieronymus teste. Unde 2. & Iusta concedunt ruripositiis, ut cultura inserviant libere licenterq; si oportunitas agendi elabatur l. 3. C. de feriis. Nec lavacrum prohibitū si pro necessitate corporis die quis Dominico lavari appetat. c. per venit. 12. in fin. de consecrat. dist. 3. Si quoq; halæcia inclinaverint se terra, licet capere c. licet X. de feriis. nec sceleratorum consiliorum significatio differenda l. 10. C. de feriis. Studiorum etiam tractatio licita, uti habet Alvarottus in p̄tinc. Feud. Quia nō sunt prohibita opera necessitatis, charitatis & pietatis.

Ad contraria: 1. Fall. sec. quid. Quia distinguendū inter morale & ceremoniale, quale est stricta observatio legis, ut nec ignem accendere licuerit. quod tamen per legem charitatis limitatum. Et per Christum sublatum.

2. Iura ea deferenda jubent quæ possunt: sed ea concedunt quæ non possunt differri ex arg. 2.

3. Novellæ Leonis non sunt approbatæ, uti constat ex Dd. Vid. Gothofred. & alijs.

Sub lucis Druides tractabant sacra, nec ullo
Tentabant alio mystica sacra loco.
Istis sunt gemini Pharisæi: Conciba Christus
Dum factus, Christi singula facta notant.
Enaderat quidam simul hic hydropicus; iste
Venerit an casu, jussus an iste, latet.
Inde tamen dixit Iesus: Vos dicite cuncti
An sanare licet sabbata quando sacra?
Ast illi tacuere: sed ipse prehendit hydrope
Ægrum, quem sanat mittit & inde domum.
Addens: in puteum si bos, si lapsus asellus,
Nonne statim festo quis trahit inde die?
Rursus et obticuere, nec unum dicere verbum
Ausi; nec poterant verba referre modo.
Ut vero notat accubitus ambire supremos
Quosdam, cum simili talia verba refert.
Si fueris sponsi conviva vocatus, ibidem
Ne primas capias, major adesse potest.
Venerit ac hospes dicturus: cede! rubere
Cogeris, ac imum rursus habere locum.
Quin potius sedeas extrema sede, vocato
Scandere tunc sursum gloria major erit.
Omnis dejicitur quoniam, quicunquam superbit:
Ast humilis contra collitur. Inde decus.
Talia nunc repetens proponit DRUIDIUS.
Æquè
Præstet! quam Druides gravior ipsius erit,
testatur

GUEINZIUS.

JOANNES DRUDIUS.

per Anagrammatis.

O! ISNE DÍU DURANS?

O Deus ! Isnè diu durans qui talia mon-
strat ?

Talia quanobis cœlica castra dabunt.

Sunt quibus ardentis mundana est gloria curæ.

Quae loca summa placent, quæ pericula tamē.

Drudi⁹ at meliora capit dum spectat Olympū,

Qui servabit & hunc secula cuncta teget.

Cong. Gew illeth us Calb. March.

莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫莫

ANhela quam multos creperi sitis

honoris affigit! quibus, am
is, etiam, hunc, s

gium, datur relatus
in Syria sediculae locuntur.

... in his fediculae loquuntur
vix et non possem quae figura pescia

Hinc, p^e rotam quæ ngeleit
S^{ancti} fuit quis Iudibrio salutis

•Mortalium & nos Sospitator

Première nuit docuitque Jesus.

Places proprieas image Apollinis

Oraculo, dum vera doces, facis

Monesque. Pergito monere.

Proficuum referas trophæum.

quod animatus optat
Utopia. Vulgaris est

**RICUS ARCHIBISHOP
OF BRITAIN & ILLUMINATOR**

02 A 572
(1/2)

ULB Halle
003 808 483

3




V017

EV

CH R 15
H 33 C





ARUM
LICARUM
XLVIII.

SIDE
GUEINZIO

Hallenfis

tore

dente

E DRUDE

tano Sax.

.post Trinitatis.

o. Ic. III.

AXONUM

Melchioris Oel-
legely